

## CARTA

DE D. PEDRO FERNANDEZ DE CASTRO,  
CONDE DE LEMOS  
A BARTHOLOME LEONARDO  
Y ARGENSOLA,  
RECTOR DE VILLAHERMOSA.

**V**Algame Dios, Rector de Villapulcra, y qué profundo ha sido nuestro sueño! De aquí saco por cuenta cierta que Vm. y yo, que no somos mas que yo y Vm. que quiere decir dos, hemos parecido siete de un año a esta parte. Ya ve donde voy a parar con mi erudición; pues yo le perdono el silencio pasado, si todo este tiempo se ocupó en lamer el parto de los desiguales: y como quiera que sea le perdono su silencio por lo bien que habla en sus Tercetos. Elegantisima cosa, mi Rector y un traslado muy puntual de la verdad. *Dæmonium habes*, y sino *quis tibi dixit* que tenemos en Monforte dos raleas de pan, uno que mira a la familia, y otro que miramos yo y mis comensales con mucho gusto; porque es muy blanco y muy sabroso, obra de un ingenio o artificio Portugues, que llaman ruedas alvares, traídas por arte mia, que es como decir, arte del diablo, por el estrecho de Magallanes, Danian y todos los demas estrechos que encierra en sí, y con abreviatura, miré qual será un paso que ha por nombre la cuesta de Velesar. Diferente es el paso de su capitulo que dice así:

*Quién sufrirá el silencio de una aldea*

des

*desde que el sol su plebe agreste envia  
a sudar en los campos la tarea?*

*Queda entonces tan sorda y tan vacia,  
que ni una voz (y a veces ni un ruido)  
suena en las horas utiles del dia.*

Qué plebe agreste, qué sudar la tarea, qué horas utiles! Mal haya quien tal dixo, porque no lo dixe yo, ya se entiende que es de las maldiciones que amagan y no dan. Llenisimos vienen estos versos, no ha hecho mejor cosa en su vida, solo me da un tantirritico de fastidio aquella palabra, *ni un ruido*. Porque esta palabra está ya tomada en sentido de pendencia, y él la toma en su primitivo significado que es *sonido*. Dirame que tambien se dice *hacer ruido*. Respondo que como lo uno y lo otro nace del uso, no podemos desquiciarlo, y conunar de nuevo las voces; y si todavia tiene gana de porfiar y defenderse, podrá decir que no trueca estos frenos, ni hace mas que restituir *in pristinum*, o al propio la palabra que anda desfigurada por tirania del uso; y así tomó la palabra *ruido* en su primitivo significado, esto es para significar *sonido*, de lo qual hay muchos exemplos en los Poetas Castellanos: y Don Diego de Mendoza dixo:

*Que yo callo, aunque importuno,*

*huyendo de dar escusa;*

*porque quien la da se acusa,*

*sino se la pide alguno.*

He allí *importuno*, que significa, porque *sic voluit usus*, hombre prolixo, aunque en su propiedad quiere decir fuera de tiempo; y Don Diego le restituye a este sentido que es el propio y primitivo.

No sé si he dicho algo, o me he quebrado la cabeza. *Si vis emmendari volo: ego te baptiza*; y digo así:

*Queda entonces tan sorda y tan vacia*

I. Not.

R

que



*que ni voz, ni otro objeto del sentido.*

Y sino, por evitar la afectacion o vulgaridad filosofica:

*Que ni una voz, ni aun el menor ruido  
suenen en las horas utiles del dia.*

Que aunque se quita así aquella palabrita *y a veces*, no hace falta, y antes queda mas encarecido el silencio de una aldea. *Dixi*: y pasome al Turco.

Vm. presupone que me ha enviado dos veces la dedicatoria de Don Juan Vitrian, y sus intentos, y yo lo creo así, porque es muy honrado Presbytero de Cartago, o Cesaraugusta, que para mí que vivo en Monforte, es todo uno; y digo verdad que hasta ahora no habia llegado a mis manos nada de esto. Vm. aceté la honra que me hace su amigo, y le de infinitas gracias de mi parte, ofreciendo no solo estimacion de su buen animo, pero toda la gratitud que se le debe: tanto mas habiendome escogido por compañero con exclusion de otros, y tales, en esa traduccion. Esperola ya con particular alborozo. Vm. le anime y pida en nombre de entrambos que la dé presto a la estampa; que aquí y donde quiera que me hallase, me honraré siempre mucho de verme impreso por mano de un hombre tan docto y tan insigne.

Vuelvome a la descripcion del Cortesano, y sepa que he gustado mucho del gavancillo verde: lindamente lo dice todo, y muestra como se han de juntar con gentileza virtudes contrarias en un sugeto. Digo que me agrada, no hay que decir. Del resto no sé que diga: *inopem me copia fecit*: y nuestro amigo el Virrey puede adivinar harto, pues ha tantos dias que traemos conformes los corazones. Por horas aguardo que mi madre me avise de Madrid; pero yo le prometo que estoy tan a mi placer que nunca me parece que tarda este aviso. O gran felicidad! *Si non possis quod vis, vellis quod possis*. Lindos ratos me paso con los libros, y encomendarme a Dios. Todo es

*risa, mihi crede, nisi vivere jocunde, & severe mori.* Guarde Dios a Vm. como deseo. Monforte 9. de Agosto de 1621. A Gabriel mis encomiendas, y dele Dios lo que merece. El Conde de Lemos y de Andrade.

*Copiose esta Carta de otra sacada del original que en Zaragoza tenia el año de 1702. Don Josef Boneta.*

## CARTA LATINA

DEL CANONIGO ARGENSOLA

A JUSTO LIPSIO.

**G**Ratias tibi ago, mi Lipsi, immortales acturus quod tam ex animo & sine parario in tuam nos amicitiam receperis, uti in litteris ruis, quas Lupertius frater noster accepit, professus es. Nec mirum profecto: tantum virum decuit humanitas, a quo & laudari & amari jucundissimum & beatum. Geryones nos apellas, nomen & conditionem accepimus lubentes. Tibi enim Herculi cedimus inermes, cedimus hilares victori; imò incedimus sacra catenati via. Trahit nos eloquentiæ præstantia Lipsius, Hercules alter Gallicus:

*Quidquid lingua illi levibus traiecta catenis,  
Quos fixa facileis allicit aure viros,*

quem ingenti clava utraque armavit Philosophia & leonis exuviis. Haud miror equidem, quod tam præclare civem illum constantem agas, quem mirè finxisti: & in perturbata Republica bellorum tempestatibus tu propè solus sis in portu. Fructus enim doctrinæ percipis assidue; eos nimirum, qui maximis sunt Imperatorum actis & victoriis anteposendi. Nos Hispani, quibus gratularis quod pace fruamur; quos quæso alios nisi luxum, avaritiam, cæteraque pacis mala, quæ in otiosam Rempublicam immi-



grare solent? Præterea bella gerimus foris, ut a mœnibus illa propulsemus, damna tamen eorum in nos ipsos grassantur. Incendia vastationesque vestrarum Provinciarum, nonne Hispano milite, Hispanis opibus peraguntur? Legionibus alimus, alias sufficimus quotidie. Quare in eo statu sumus, ut nec ingenium, nec militiam colamus. Bella Musas fugant, otium vires. Antiqua igitur tuta sapienter æstimas, scilicet, ut vel e conspectu malorum tantisper, dum prisca repetimus, animum avertamus. Ergo, sapientissime Lipsi, fax publica cum sis, inerteis explora tenebras; tibi enim uni cessare non licet, nisi in commoda publica pecces. Orbem doce, ut se se agnoscat. At ætas, ais, frigus & ignaviam habet. Suavior in occasu, quam in ortu solis calor. Perge igitur *Musarum*, ut de te ipso cecinit ille Naso, *purus Phœbique sacerdos*, & hoc age, nosque ama. Madriti X. Kal. Aug. an. 1603.

## RESPUESTA

## DE LIPSIO,

*Que es la Epistola LXV. de la Centuria IV.*

BARTHOLOMAEO LEONARDO ARGENSOLAE  
S. P. D. *Madritum.*

**C**ertè frater Lupertii es, & quidem germanus. Quàm vel in amore mei conspiras! nam de laudibus omitto: quas dictare iste potuit, debet pudor meus adspernari. Sed amorem talibus ingeniis non ego reddam? Facio, & tam ex fide, quam virtutem & doctrinam amo: cuius utriusque vos veros alumnos in animo laudo & agnosco. O Hispania vestra stirpes has plures proferat! de qua tu verissimè, sentire eam longæ pacis mala, luxum, cupidinem, & quæ sunt alia vitilium animorum pestes.

Dicam tibi libere meum sensum? sed *παρα δόξαν πλειόνων* (1) scio. Novus Orbis victus vos vicit, & insitum antiquitus robur libavit aut fregit. Numquam alius fructus mollium divitiarum fuit: vide omne ævum, & dices. Nos ipsi Belgæ quid nisi pœnas iam diu luimus aviti luxus? & luemus: ita astra etiam minantur. Et opes quidem abivere a nobis, vitia manent: fastus, lascivia, & extremum malorum impietas, quæ Belgas a Belgis divellit. Nam nos meo hoc tractu in religione quidem antiquamus: utinam cætera sic puri! Ac de studiis optimarum artium, ante annos aut lustra aliquid fuit: nunc scito *πάντα ταῦτα ἐν γέλωτι καὶ παιδιᾷ εἶναι* (2). Possunt aliter per continua & infausta hæc bella? quæ, atterunt, non finiunt: nec licet optantibus vel semel perire. Benignior Deus aspiciat

*... qui solus opem, qui summa medendi.  
Jura tenet.*

& idem me nunc ægrum sospitet, te valentem, mi Argensola, servet. Lovanii, XV. Kal. April. M.DC.III.

## D. CAROLUS A BORGIA

CARISSIMO BARTHOLOMAEO LEONARDO  
S.

**P**erjucunda sanè est mihi memoria tui, Bartholomæe carissime, quæ te mihi præsentem reddit, quem absentem veneror, quò te frui, te delectari, possim: quod enim natura mater reliquis quasi per mendicata suffragia impertivit, in te uno cumulatissime effudit, adeo ut admirandus potius quam imitandus venias. Accedunt non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum, tui

na-

(1) *Præter multorum sensum.*

(2) *Hæc omnia in joco aut ludibrio esse.*



naturales atque urbani sales. Quis non capitur facetiis maximè tuis, præsertim cum videat eas adeo oblitus in hoc oppido, ita ut pænè veteris vestigia leporis appareant? Amandus ipse es, mi Bartholomæe, dulcis admodum, & in omni genere jucundus. Cura ut redeas. Scire enim te volo adeo exaruisse veterem urbanitatem, ut solum fratres dicere possint, quod est in proverbio: nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo ii tibi nos succedemus. Veni igitur quæso, ne tantum semen urbanitatis unà cum hac depopulata Republica, intereat. Cura ut valeas, nosque ama. Vale.

Ferre non potui, ut a me solo desiderares hoc officium, homine tibi amicissimo, & de te tam benemerito: quidquid id fuerit, æqui bonique consule, mihi que rescribe.

*Fue Don Carlos de Borja hijo de Don Juan de Borja, Mayordomo Mayor de la Emperatriz Doña Maria de Austria, y de Doña Francisca de Aragon y Barreto. Fue Duque de Villahermosa, y Conde de Ficallo en Portugal, casó con Doña Maria de Aragon, hija unica de Don Fernando de Aragon, y Doña Juana Pernestan, Duques de Villahermosa.*



## ECLOGA PASTORALIS

VITAM RUSTICAM ET URBANAM  
comparat: deflet LUPERTIUM LEONARDUM jam  
defunctum sub nomine THYRSIS; & celebrat BARTHO-  
LOMAEUM LEONARDUM ejus fratrem adhuc  
viventem sub nomine DAPHNIS.

SYLVANUS. CANDIDUS. AMYNTAS.

SYLVANUS.

**H**orrida tempestas nascentem amplectitur annum:

Aëra funestat: jubar obruit: asperat undas.

Sylva laborantes inclinat pondere ramos,

Congerie nivis occultans quos nuper inanes

Monstrabat nidos: torrentia flumina torpent;

Præcipites suspendit aquas, scopulisque trementes

Condensat glacies; & plaustra volantia sulcant

Stagnorum ingenti solidatas frigore crustas;

Sidera compensant alternis otia damnis.

CANDIDUS.

Fas, Sylvane, queri: maris implacabile murmur

Sylvarum immanis fragor interrumpit: opaco

Nos spelunca sinu algentes vix abdit: amaro

Prata obducta gelu: mundum usurpasse videtur,

Natura cessante, chaos. O jure beati

Qui populos urbesque colunt! laquearia lætos

Quos pretiosa tegunt, pastoribus omnis inertis

Vita agitur cultu: gravis inclementia cæli

Jactatis iterum desævit turbine campis,

Magnaque conspirant in nostram elementa ruinam.

SYLVANUS.

Quemquam sorte sua contentum vivere credas?

Bella colonus amat: fastidit classica miles:

Laudat eques puppes: condemnat navita portum.

Heu!